



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

XXVIII. Reverendo In Christo Patri, Domino Et Maiori Svo, Ioanni Trithemio
Abbati Spanhemensi, humilis Christi famula Richmodis de Hoerst,
pauperum sororum Deo famulantium in Sebach ministra ...

urn:nbn:de:0128-1-17336

ἡ γυναῖκα σου ἵνα ἔσῃ ὡς ἡ γαμήλιος.

27 *Mulierem, inquit, sepelire melius est quam ducere in uxorem.*

Vnde cum difficilimum sit uxorem inuenire bonam, tibi vehementer congaudemus, talem te reperisse, de qua tibi optima quæque persuadere possis. Reliquum est, ut sanctus Christophilus ait, *qui habent uxores, tanquam non habentes sint; quia præterit figura huius mundi, & nihil inter mortales diuturnum.* Ea quæ circa nos anno priore gesta sunt in Republica, nostris absque dubio peccatis exigentibus, tibi breuiter ut poterimus, in quantâ notos tibi concernunt siue amicos, intimare operæ precium æstimauimus. Anno Christianorum proxime transacto, videlicet millesimo quingentesimo quarto, in mensis Maio multi Germaniæ principes iubente Maximiliano Rege nostro conspirantes aduersum 10 Philippum Comitem Palatinum Bauariæ; duces, & Romani Electorem imperij, grauissima in rem eius publicam, tam hic in nostro circuitu, quam in Bauaria bella gesserunt. Inter Wormatiâ & Creutzennach, simul & ab alia parte Rheni, quicquid sub ditione fuit Palatini extra ciuitates & castella, Hassonibus in prædam cessit, qui nulli parentes villas cum ecclesijs & multis & pulcherrimis pene omnes in circuitu ignibus consumpserunt. Nostri quoque monasterij cortes siue grangiæ meliores, & pene omnes, de quibus omnem substantiam nostram habere consueuimus, aut perierunt, aut Hassonum incursum penitus desolatæ sunt. Maxima ratione huius belli sustinuumus incommoda, quibus in vltimam pene compulsi sumus egestatem. Monasterium illud insigne Lypurg, in quodam quondam docendi munus peregisti, tricesima die mensis Augusti anni præscripti iniectione 20 ignis per satellites Comitis Duroburgii * combustum est & penitus desolatum. Per continuos enim dies duodecim durauit incendium, exeuntibus quotidie ministris Duroburgium, & semper nouum, ne quid remaneret ignem supponentibus. Ecclesia cum omnibus altaribus, campanis, tabulis, atque picturis funditus exusta est. Et breui complectar ut omnia, domus vniuersæ cum omnibus structuris incendio in fauillam redactæ sunt, & præter lapides nihil omnino remansit. Abbas hic in Colonia est, qui regis contra Comitem implorat auxilium, sed necdum obtinuit quicquam. Monachi vero eius hinc inde ad diuersa cœnobîa propter inopiam dispersi sunt. Rogerius noster adhuc viuit sanus suoque philosophatur more, cuius monasterium manet integrum, quamuis incommoda quoque suscepit multa. Mei quoque cœnobii fratres, ex eo tempore 30 quo tu nobiscum fuisti, plures vita sunt defuncti, quosdam etiam pellente inopia, quam nobis tribulatio memorata induxit, ad alia monasteria misimus, ita quod in loco iam pauci remanserunt. Sed nec mihi pepercit liuor hominum impiorum, quem propterea persequuntur, quod Palatini principis ac defensoris mei partibus necessario adhaerim. Sed Dominus Iesus qui nouit omnia priusquam fiant, ipse mihi erit adiutor, & non timebo quid faciat mihi homo. Vale sanus. Ex Colonia 24. die mensis Iulij. Anno 1505.

XXVIII.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI, DOMINO ET MAIORI SVO, 10-40

anni Trithemio Abbati Spanhemensi, humilis Christi famula Richmodis de Hoerß,

pauperum sororum Deo famulantium in Sebach sinistra inutilis, cum orationibus continuis aeternam precatur salutem.

22 **A**V DIO te, pater mihi semper in Christo Reuerende, gratiam multorum habere principum, & maxime Domini Archiepiscopi Colonienfis, quod etiam diu antea cognoui, vnde compulsâ necessitate humilima te supplicatione precor vna cum sororibus 23 meis vniuersis, ut nostri memor esse digneris pauperum filiarum tuarum, quas lacte celestis doctrinæ pascere consueuisti. Duro enim & importabili iugo Comitis premimur, & seruitute continua contra iustitiam in vltimam deducimur paupertatem. Duodecim 24 an- te hæc vicibus in anno tantum & vindemiali tempore solum currum patri eius cum equis tribus mittere ad seruiendum consueuimus, nunc autem ad eius imperium, bis aut ter in 25 qualibet pene hebdomada currum à nobis cum quatuor equis ad seruiendum exigit, & hoc nostris expensis, imo violenter compellit familiam nostram carcerem minitans & necem. Diem à die non discernit, nec alicuius festi reuerentiam custodit, sed in construendo castello suo circa nos Duroburgio, tam festis quam alijs diebus indifferenter homines fatigantur simul atque iumenta. Nam in festo dominicæ Ascensionis, Pentecostes quoque; Trinitatis, Corporis Christi, dominicis, & cæteris quibuscunq; operarios semper habet in 26 muris,

ucere in uxorem.
bonam, tibi vehementer conge-
persuadere possis. Reliquum est, ut in-
habentes sint, quia prateri figura hinc
nos anno priore gesta sunt in Repub-
breuiter vt poterimus, in quibus
cium æstimauimus. Anno Christi-
ingentesimo quarto, in mensibus
Rege nostro conspirantes adueni-
n, & Romani Electorem impetru-
cui, quam in Bauria bella gessit.
arte Rheni, quicquid sub ditare sit
edam cessit, qui nulli parcentioribus
in circuitu ignibus consumpserunt.
res, & pene omnes, de quibus conuen-
erunt, aut Hassonum incensu penitus
nuimus incommoda, quibus in vlti-
um illud insigne Lymburg, in quo ta-
mensis Augusti anni præscripti incen-
combustum est & penitus desolatam.
diuum, exuentibus quotidie miranda
meret ignem supponentibus. Ecclesia
picturis funditus exusta est. Et ter-
ous structis eo incendio in frustula
ansit. Abbas hic in Colonia est, quod
dum obtinuit quicquam. Monachi
opiam dispersi sunt. Rogerius vult
cuius monasterium manet integrum,
i quoque coenobii fratres, exco-
acti, quosdam etiam pellicente inopia
monasteria milimus, ita quod in ho-
uor hominum impiorum, quem pro-
genitoris mei partibus necelario adho-
am fiant, ipse mihi erit adiutor, & non
nia 24. die mensis Iulii Anno 1505.

MINO ET MAIORI SPO. 10-11
risti famula Richmodi de Hest,
heo ministra inutilis, cum ora-
in precatur
ende, gratiam multorum habere
olonienfis, quod etiam dia aucto-
plicatione precor vna cum sanctis
um filiarum tuarum, quas ab eo
portabili iugo Comitum premuntur
ducimur paupertatem. Duodecim
re solum curram patri eius cum equo
atem ad eius imperium, bis autem
atur equis ad seruiendum cepi.
ilium nostram carcerem inuicem
uerentiam custodit, sed in comba-
um alijs diebus indifferenter homi-
nica Ascensionis, Pentecostes quoque
ibus unq; operarios semper habebit

muris. Nouit paternitas tua nostram paupertatem, & nimis exilem fore substantiam tem-
poralem, qua tantam personarum Deo famulantium multitudinem diutius alienis gra-
uata seruitiis enutrire nequaquam sufficimus, nisi de remedio nobis fuerit prouisum. Ro-
gamus ergo flexis in terram genibus omnes, vt si tua videatur paternitati consultum, ad
Archiepiscopum Coloniensem pro nobis loquaris verbum aliquod bonum, & in utilita-
tem nostram conducibile, quatenus ipse pro nobis ad Comitem interueniat, suaque in-
tercessione tam graue iugum Pharaonis à nostris ceruicibus soluere, vel mitigare saltem
aliquatenus procuret. Mitto cum harum baiulo literarum procuratorium in causa mea
cum fratre, sicuti mihi præcepisti. Tu precor cætera sic ordinare velis, vt paterna mea hæ-
reditate non priuer penitus. Vale feliciter. Data ex Sebach, Anno 1505, Iulii mensis die 24.

XXIX.

IOANNES TRIT. ABBAS SPAN. ROGERIO SYCAMBRO
fratri dilecti.

DIE mensis Iulii huius 18. mane circa decimam horam Serenissimus Monarcha no-
ster Maximilianus Romanorum Rex Coloniam armatus exiit cum principibus
multis, in tuos expeditionem acturus Sycambros. Nauigio per Rhenum descenderunt ar-
mati omnes, aciem versus Arnhom Gelensium tuorum oppidum in primis dirigentes, qd
regius iamdudum exercitus dura obsidione vallauerat. Erant autem qui cum Rege nauibus
descenderant isti principes cum ministerialibus suis, Ioachim Brandenburgensium Mar-
chio princeps meus Elector. Fridericus Marchio patruus eius qui moratur in Anholtz-
bach. Lodouicus primogenitus Philippi Comitis Palatini Bauriaque ducis, Principis no-
stri electoris. Fridericus Saxonum dux Princeps Elector. Ioannes frater eius Saxonæ dux.
Georgius dux Saxonie. Item dux Magnopolitanus. Dux Brunsvicensis. Dux Luneburgen-
sis. Dux Iuliacensis. Comes Hassonum, & multi alii principes, duces & comites, quorum
non obseruauimus nomina. Venientes ad Arnhom * statim oppidani se regi tradiderunt, per-
culsique metu Sycambri omnes in deditioem Regi Maximiliano iurauerunt. Sed & dux
ipse Gelensium conditiones regias acceptauit, & reddita est pax in terra hominibus diu-
tius interrupta. Die vero Iulii 28. reuersus ad Coloniam Rex vna cum principibus, eodem
quo exierat ordine & apparatu intrauit. Postera die omnes per totam Coloniam pulsabā-
tur campanæ in multam horam, pacis & concordie congratulationis causa. Hæc sunt cũ
tuis acta Sycambri, quorum te nolui latere seriem. Sunt autem complures qui non cred-
ant seruatiuros Regi promissa Sycambros, propterea quod sit gens facile iuramenta con-
temens, & semper ad noua promptula nimis. Inter Archiepiscopum vero & ciues Colo-
nienfes, adhuc non constat aliqua concordia facta, quamuis pluries fuerit tentata. Hæc
sunt Rogeri quæ hac vice nobis scribenda videbantur. Nos etiam propediem literas ipsas
Neometim subsequemur. Vale & ora pro nobis. E Colonia 29. die mensis Iulii Anno
Christianorum 1505.

XXX.

IOAN. TRITHE. AB. SPANHEMEN. IOANNI CAPELLE
rio mathematico S.

DIES iam instant mei à Colonia recessus, quo circa si venire ad nos piget, vale. Hodie
mane serenissimus princeps meus Ioachim Marchio Brandenburgensium Colo-
niam exiit, per Westphaliam & Saxoniam reuersurus in sua. Quem ego post triduum subse-
cuturus sum expeditis prius in Cancellaria regia quibusdam literis & negotiis personam
meam concernentibus. Rogamus itaque si fieri potest, vt priusquam hinc abeamus, ad
huc semel nos inuiset, quatenus nos mutuo valedicere in charitate fraterna possim, ma-
xime cum sciamus minime, an deinceps vnquam nos mutuo videbimus in carnali visione.
Sum enim iturus in Marchiam Brandenburgensium, incertus omnino de reditu, propterea
vel maxime, qd contumeliis & mulorum grauius nimium offensus redire ad Spanheim nõ
facile me scia posse persuaderi: quamuis si vellẽ in promptu essent cõplures, qui has contu-
melias insigni vindicta vindicarent. Ego vero mihi dudum persuasi præceptis obediendũ
dominicis, & iniurias non esse vindicandas: quin illud Apostolis dictum à Domino Iesu
potius imitabor: *si vos in vna ciuitate persecuti fuerint, fugite in aliam.* Maior enim cura nobis
habenda est de anima q̄ de corpore, secundũ quã ad imaginẽ Dei facti sumus. Dicit namq;
S. Ioannes Episcopus: *Si animam negligamus, nec corpus saluare poterimus.* Non enim anima
est quam

Matth. 10.
Anima plu-
rius faciendũ
est quam
corpus.